UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 38. Quid de clausula supplentem omnem defectum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QVÆSTIO XXXVIII.

Quid de clauſula ſupplentes omnem defectum.

SUMMARIUM.

1. *Clauſula ſupplentes omnem defectum.*
2. *Clauſula de plenitudine poteſtatis.*
3. *Dolus an ſublatus cenſeatur.*
4. *Defectus citationis mandati juriſdictionis, an cenſeatur ſublatus, & quid ſi impetrans ſit ſuperius bigamus.*

CLauſula hæc non tollit defectus ſubſtantiales. *DD.cap.1.de tranſact. Spec.de legato §.nunc oſtend verſ.14. Pariſ. conſ.5.num.16. vol.4. Emanuel.*Roder. *Reg.quæſt. tom.1. quæſt.8. art.15.* uti nec defectus naturales provenientes ex parte ſupplicantis
2 v. g. ſi is eſſet ſpurius, excommunicatus, bigamus, alii tamen defectus à iure poſitivo provenientes tollerentur. *Spec.d.loco num.18. DD.cap.ſuſcitata de Reſcript.cap.ipſo iure*
3 *de reſcript. in 6.* idque niſi & huic clauſulæ alia adiiceretur de plenitudine poteſtatis, vel motu proprio, aut certa ſcientia, nam tunc omnes defectus ſublati eſſe cenſerentur, *Emanuel.d.art.15.* excepto tamen dolo impetrantis, qui nunquam exceptus eſſe cenſetur. *DD.l.quod nerva ff.depoſiti & in l.contractus ff.de Reg.Iuris Emanuel.d.loco.* Similiter nec ſublati cenſerentur defectus ex omiſſa citatione, mandato aut juriſdictione provenientes. Qua de re extat Bulla Pii IV. & Clem. VIII. quam alio in loco inſerui.

QVÆSTIO XXXIX.

Quid ſi fructus decimales coloniæ in patria Leodienſi ad Brabantum ſpectantes à Leodienſi arreſtentur, Brabantuſque conqueratur in Brabantia violatæ Bullæ Aureæ, poteritne arreſtari procurans ad conſervatorem, quem haber, recurrere.

SUMMARIUM.

1. *Actiones plures competunt pro decimis.*
2. *Decimarum in exactione poteſt executive procedi ſeu per arreſtationem.*
3. *Decimales fructus arreſtari poſſunt ut in agris requirantur per horas viginti quatuo*